



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum attritio possit fieri contritio? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Ad secundum dicendum, quod attritio non accessum ad perfectam contritionem: unde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo diminuta sunt, sed non adhuc perfectè sunt comminuta. contrita dicuntur, quando omnes partes trita sunt: mul per diuisionem ad minima*. Et ideò attritio significat in spiritualibus quamdam displicentiam peccatis commissis, sed non perfectam: contritionem perfectam.

ut dicitur
in cor.
art. 1.

ARTIC. III.

Virum attritio possit fieri contritio?

3
Conc. Tri
dent. sess.
14. c. 4 de
contrit.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod attritio possit fieri contritio. Differt enim contritio ab attritione, sicut formatum ab informi. Sed si informis fit formata. Ergo attritio potest fieri contritio.

¶ 2 Præterea, Materia recipit perfectionem mota priuatione. Sed dolor se habet ad gratiam sicut materia ad formam, quia gratia informat dolorem. Ergo dolor qui prius erat informis culpa existens, quæ est priuatio gratiæ, remota culpa recipit perfectionem informationis à gratia: & sic idem quod prius.

SED contra, Quorum principia sunt diuersa omnino, eorum vnum non potest fieri id quod est alteri. Sed attritionis principium est timor seruilis; contritionis autem, timor filialis. Ergo attritio non potest fieri contritio.

RESPONDEO dicendum, quod super hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod attritio est contritio; sicut fides informis fit formata. Sed hoc videtur esse non potest: quia quamuis habitus informis, fiat formatus; numquam tamen actus informis fit actus fidei formatae: quia actus ille informis transit, & non manet veniente charitate. attritio autem & contritio non dicuntur habitum, sed actum tantum. Habitibus autem virtutum infusarum, qui sunt actus, non respiciunt, non possunt esse informes.